

trigesimusseptimus

ppinquas in india nascens: & in appellenes littoribus: itus a cetro cui stella lucet fulgoræ lunæ plenæ: Quidā causa nominis reddunt q̄ astris opposita fulgorem rapiat, ac regerat. Optima in carminia gigni nullāq; minus obnoxiam uitio. Cerauniā enim uocari quæ sit deterior: pessimā lucernarū luminis similem. Celebrant & astroiten: mirasq; laudes eius in magicis Zoroastrem cecinisse. Quidam diligentius de ea pdunt. Astrobolon Sudines dicit oculis pisciū similem esse: & radiare cādidō ut solē. Est inter candidas & quæ ceraunia uocatur: fulgorem syderū rapiens. Ipsa crySTALLINA splēdoris carū lei in carmanra nascens. Albam esse zenothemis fatetur: sed habere intus stellam cōcurfantē. Fieri & habetes ceraunias: quas nitro & aceto p aliquot dies maceratas cōcipere stellam eam: quæ post totidem mēses relanguescat. Sotacus & alia duo genera fecit cerauniæ: nigras: rubentesq;. Ac similes eas esse securibus. Per illas quæ nigrae sunt & rotundæ urbes expugnari & classes, easq; betulos uocari. Quæ uero longe sūt cerauneas. Faciunt & aliam raram admodū: & parthorū magis quæsitā: quoniā non aliubi inueniatur: q̄ in loco fulmine ictō. proximū cerauniæ nomē apud eos habet: quæ appellatur iris. Effoditur in quadā insula rubri maris: quæ distat a bezonice urbe. lx. milia passuū: cætera sui parte crySTALLAS. Itaq; quidā radicem crySTALLI esse dixerunt. Vocatur ex argumento iri. Nā sub testō p̄cussa sole: species & colores arcus cælestis in pximos parietes ei aculatur: subinde mutans magnaque uarietate ammirationē sui augens. Sexangulā esse ut crySTALLŪ constat. Sed esse aliquas scabris lateribus & angulis inequalibus dicūt. In sole aperto proiectas: radios in se recādentes discutere: Aliq̄s uero ante se proiecto nitore: adiacētia illustrare. Colores uero nō nisi ex opaco redunt: nec ut ipsæ habeant: sed ut repercussu parietem illidant: optimaq; quæ maximos arcus facit: simillimosq; cælestibus. est & alia iris ceræ similis: & prædura. Quā Horus crematā tusamq; ad ichneumonum morsus re medio esse. Nasci autem in pside tradit. Similis est aspectu: sed nō eiusdem effectus quæ uocatur zeros alba nigraq; macula intransuersum distinguente crySTALLŪ. expositis per genera colorum principium gemmis: reliquas litterarum ordinem explicabimus.

Cæcra

De quibusdam gemmis per alphabeti ordinem.

Cap. xi.

AChates in magna fuit auctoritate: nūc in nulla. Reperta primū in sicilia iuxta flumen eiusdem nominis: postea plurimis locis: excedēs amplitudine numerosa: uarietatibus diuersis muntatibus cognomina eius. Vocatur enim phaspachates. cerachates: sardachates: hæmachates: leucachates: dendrachates: uelut arbuscula insignis. Antachates cū uritur myrrhā redolens: coraloachates guttis aureis sapphiri modo distincta: qualis copiosissima in creta sacra appellata. putat eam cōtra araneorū & scorpionum ictus p̄desse. Quod in siculis utiq; crediderim: quoniā primū eius puincia afflatu scorpionū pestis extinguitur. Et in india inuentæ contra eadem pollent: & aliis magnis miralis reddunt enim species fluminū nemorū & iumētorū: etiā ederae & staticula: & equorū ornamenta. Medici coticulas inde faciunt. Spectasse etiam p̄dest oculis. Sitimq; sedant in os additæ phrigiæ uiridia nō habent. Thebis ægyptiis repertæ carent rubentibus uenis: & albis. et hæ quoq; cōtra serpentes ualidæ: eademq; auctoritas & cypriis est. Sūt etiā qui maxime p̄bent uitream p̄spicuitatem in his. Reperiuntur & in thracia circa oetham. et in parnaso: & lesbo: ac messenæ: similes limitū floribus & rhodo. Aliæ apud magos differentia. Leoninæ pelli similes potentiā habere contra scorpiones dicuntur. In psis uero suffitu earū tempestates auerti: & præterea flumina sisti. Argumentū eē si inferuentes cortinas additæ refrigerent. Sed ut psint leoninis iubis alligandas. Nā hiænae pelli similem abhominantur: discordiale domibus. eam t̄ero quæ unius coloris sit inuictā athleticis esse. Argumentū eius q̄ in olla plena olei cocta cū pigmentis: & intra duas horas subferuefacta: unū colorē ex omnibus faciat minii. Acopis nitro similis est: pumicosa aureis guttis stellata. cum hac oleum subferuefactū perunctis lassitudinem (si credimus) soluit Alabastrites nascitur in alabastro ægypti: & in syriæ damasco cādore itercincto uariis coloribus. Quæ cremata cū fossili sale: ac trita grauitates onis et dentiū extēuare d̄f. Alectorias uocāt in uētriculis gallinaceorū inuētas cristallina specie: magnitudine fabæ. Quibus Milonē trotoniensem n̄sum in certaminibus iuictū fuisse: uideri uolunt. Androdamas argenti nitore habet ut adamas: quadrata: et semp tessellis similis magnis: putantq; nomē impositū ab eo: q̄ imdetus hominū: et iracundias domet. eadē sit an alia argyrodamas: auctores non explicant. antipathes nigra nō trāflucet. experimentū eius si coquat in lacte facit enī hoc myrrhæ simile imissa. eamq; cōtra effascinatiōes auxiliari magi uolūt. arabica ebori simillima ē et hoc uidere: nisi abnueret duricia. Quāq; putat cōtra dolores neruorū p̄desse habētibus. Armaticis et ipsa in arabia tradit gigni. Sed et in ægypto circa pisas ubiq; lapidosa et myrrhæ coloris et odoris ob hoc reginif frequētata. asbestos in arcadiæ mōtib; nascitur coloris ferrei aspilatē Democritus in arabia gigni tradit ignei coloris. eā oportet cameli fimo plēicis aligari. iuēiriq; in nido arabicæ: alitū. et aliā eodē

etiā eē
da & sta
tacula